



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 49. Caroli Rosetti Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII.
A. C. 1681.

§. XLIX.

Caroli Rosetti Cardinalis obitus.

*Palat. Fast.
Card.*

*Ciacon. in
vita Ur-
ban. VIII.*

*Galanc. des
Card. p. 214.*

*Vid. supra
l. 199. §. 98.*

t. 60. p. 331.

497. 507.

654.

Postremus ex Purpuratis hoc anno decessit Carolus Rossetus patria Ferrariensis, qui a summo Pontifice Londinum ad Angliæ Reginam Nuntius missus, quanta ibidem ob Religionis studium perpeti coactus fuerit, jam a libi memoravimus, inde ergo redux ad Coloniensem pacis conventum decretus, Gallorum invidiam sibi accersebat, eoquod Hispanis nimium ad dictus crederetur: Biennio tamen Colonix moratus, ac Galliarum Reginx, quæ tum Colonix degebat, percharus, primo Faventinus Episcopus, ac paulo post ab Urbano VIII. Cardinalis renotiabatur: cum autem virtutibus, prudentia, animique sinceritate præstans esset, ad Monasteriensem Conventum Legatus a latere nominabatur, minus tamen bene cum Chisio Cardinale conveniebat, quocirca Romam reversus ipso hoc Cardinale sub nomine Alexandri VII. ad Petri Cathedram erecto omnino ad suum Episcopatum contendit, ubi ipsemet frequenter ad populum dicens, suis fidelibus Sacramenta administravit, cunctasque boni Pastoris partes explevit, ac vitæ innocentia, morum.

morumque integritate cunctis exemplo Sæc. XVII.
ad virtutem præluxit, donec tandem A. C. 1681.
Faventia hoc anno beato fine quie-
visset.

§. L.

*Diversæ Innocentii XI. Constitu-
tiones.*

Pluribus caussis hoc anno ad Sacram Bull. magn.
Sedem delatis Innocentius XI. va- Innoc. XI.
ria edidit decreta, ac præprimis SS. Const. II.
Joannis de Matha, & Felicis Valesii
Festum, quod Clemens X. in tota Hi-
spania celebrari indulgit, ad universam
quoque Galliam, sicut etiam festum
S. Rosæ Limanæ ad Lusitaniam exten-
dit: cum autem quidam Christiani a
Judæis descendentes, & ob imputata
crimina in Inquisitionis Lusitanæ car-
ceribus detenti apud Papam quereren-
tur, quod non sine justitiæ læsione ad
publicam abjurationem cogerentur,
hinc jam Clemens X. horum caussam,
& acta ad Cardinalium Congregatio-
nem evocabat, postea autem Innocen-
tius XI. Verissimo Inquisitori Generali
& Braccarensi Archiepiscopo per Mar-
cellum Sedis Apostolicæ Nuntium po-
testatem reddidit, ut servato juris or-
dine, juxta justitiæ & Constitutionum
Apostolicarum Regulas in hosce reos,

Rr 3

non